

*Sextantes parietali. ex aere.*

*In una parte.*

86. *Mercurius petasatus, laua facie, togato. Sine inscriptione.*

*In altera.*

*Rostrum navis impresum est, parafemone & oculo ornatum, ad sinistram obuersum partem. Suprà legitur. ROMA. infra duo sunt signa. OO. Sextante eum aeneum paruum Roma me recordor uideſſe apud D. Antonium Augustinum.*

*In una parte.*

87. *Mercurium uideo petasato alato tectum capite, obtutu oris lauo. absqz ullis literis.*

*In altera.*

*Rostrum navis reperio; ad laeuam partem conuersa, delphine exornata. Eo in medio uelut incus adparet, claua signata. Suprà. ROMA. infra ponderis notæ. OO. Sextantem hunc aeneum minorem memini me uideſſe Roma apud D. Antonium Augustinum.*

*In una parte.*

88. *Roma galeata effigietur, lauo aspectu. Supra cuius occiput sunt notæ geminae hae. OO.*

*In altera.*

*Victoria cito passu ad dextram uiam currit, uolitante habitu, una anhelitu duas tubas inflans. Inscriptio corrosa. Nummum hunc aeneum exequi uidi Norimbergæ apud D. Joannem Candelerum.*

*In una parte.*

*Roma.*